

iuuenis spectata uirtute florentissimus, in ipso partæ pacis  
limine conciderit. Id igitur quod ei debebam, tibi rerum  
omnium hæredi integra fide perfoluo. Tu uero sapien-  
ter generoseq; feceris, ac plane regiè si eo animo librum  
euolues, ut repudiatis uitiis summos tantum uirtutum  
flores decerpas. Id porro tibi haud difficile fue-  
rit, qui paternæ laudis æmulus, atque auitæ  
constantia præclarus imitator, ita diuer-  
sas miro temperamento in unum  
uirtutes misces, ut iam Gallia  
minime dubitet, quin sis  
duobus longe maxi-  
mis regibus ma-  
ior atq. feli-  
cior eua-  
surus.

**V A L E.**

Arbitratur enim non tantum in uirtutibus, ut in uirtutibus  
sibi adolescens cum optime, cum præclara Cæsa-  
ris Augusti libertate, Cæsaribus Galliarum imperio potire  
tur. Quamobrem non modum honestum sed illi etiam  
maxime decorum atq. incundum fore providebam, si tan-  
torum principum res gestas in artum uoluerit referre  
tur. Nam eos bellica laude & magnificentia operum, &  
splendore uitæ, cum clarissimis Græcorum & Romano-  
rum comparari posse sine contumelia indicamus. Ab  
hac nobilissima stirpe maternum genus regis Vale-  
storum domini internum deducit, unde hæc nobis Me-  
diolanensis regni hæreditas petitur. tot cruentis iactata si-  
tibus nec ullis uictis uictis fortibus terroribus inter-  
missis. Regnante autem ex hac illustri familia duodecim  
Principes, centum & septuaginta annis, tot enim sunt  
ab Othone ad Philippum, in quo principum progenies de-  
fecit, dum is sine legitima prole decesserit. Ceterum  
confecto libro dum offerendi huius muneris uotum, no-  
uus ex uoluntate inducis tenati belli tumulus aliquid  
fessillisset, tandem id totum Carolus ipse atroci fato no-  
bis ereptus interrupit, grauiore quidem nostro luctu, quod